Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift



30v

Per dilectis scolaribus tuis litteris gaudisus sum quod optata salute tua. earum relatu cognoui. Debis autem que uobis sequentibus insinuare eloquium tuum sermo studuit. gratias ago do quod sollicitudinem officium pastoralis impendis. qualitatis ecclesiastica officia ordinentur prudentis. et licet omnia prudentie tue sint cognita. tamen quia affectu fraterno me solicitis ex parte quantum ualeo expectata. et de omnibus ecclesiasticis gradibus quid ad quemque pertinet eloquar. Ad hostiarum namque pertinent claues ecclesie ut claudat et aperiat templum. et omnia que sunt intrus extraque custodiat. fideles recipiat. excommunicatos et infideles abiciat. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere. manumque super energumenos et catechumenos in exorcizando imponere. ~~Ad acolitum~~ pertinet paratio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat. ipse suggesta peucharistia acolitus preparat. Ad psalmistam pertinet officium canendi. dicere benedictiones. laudes. sacrificium responsoria. et quecquid pertinet ad canendi peritiam. Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare. et ea que prophete uaticinauerunt populis predicare. Ad subdiaconem pertinet calicem et patenam ad altare a presbiteris deferre. et leuitis tradere. eisque ministrare urceolum quoque et aquam manile. et manutergium tenere episcopo. et presbiteris et leuitis. plauandis ante altare manibus aquam praebere. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus. et ministrare in omnibus quecumque agunt in sacramentis et presertim in baptismo scilicet in chrismate. in patena et calice. Oblationes quoque inferre et disponere in altare. componere etiam mensam domini atque uestire. crucem ferre et predicare euangelium et apostolica sicut lectoribus uetus testamentum. ita diaconibus nouum predicare preceptum est. Ad diaconum quoque pertinet officium precum. et recitatio nominum. Ipse premonet aures habere ad dominum. ipse hortatur clamare. Pacem ipse donat et annunciat. Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis domini in altario dei sacerdotis orationes dicere. et benedicere dona dei. Ad episcopum pertinet basilicam consecratio. uncto altaris. et sacerdotis chrismatis. Ipse predicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit. ipse sacras uirgines benedicit. et dum presentes unumquisque in singulis iste tamen est ordinator in eunuchis. Hii sunt ordines et ministria clericorum quorum tamen auctoritate pontificali. in archidiaconi cura et primicerii ac thesaurarii sollicitudine diuiduntur.

S. d. xxiii.